

sub initia renascentium literarum, quæ sexcentimum iacuerant
 annum in terra Italia, Victorinum Feltrensem sibi adsciuere. cuius
 doctrinam regij adulescentes uestri iam tum à primis annis imbibe-
 verunt. Tu uero ut uideo cum alijs artibus maiorum tuorum adæquas
 laudem: tum hac una literarum, & doctorum hominum exornandi cura
 superare contendis. qui summo studio iam ab annis adulescentiæ do-
 ctissimum quenquam in familiam adsciuisti tuam: magnusq; semper
 præmijs ornasti. Nam ut ornatum Furnium merito abs te semper ho-
 nestatum: Romulum certe sic complexus ab initio es, ut non prius
 delecteris, quàm illum studiorum tibi perpetuum adsciueris comitem. quæ
 laus eo maior est, quod & temporum hæc iniquitas etiam octosissimos
 homines ab literis auocatis: & Romulus cum honestissime Bononiæ pro-
 fiteretur, maluit tamen te sequi: & tecum, ut cum optimo Principe,
 conquirere. non dubitans quin ingrauescens eius ætas sub te irin-
 cipe uero efflorescere etiam possit. Sed quid ego dicam quanto studio
 Franciscum Afulanum tibi addictissimum feceris? qui hæreditariam
 Aldi laudem secutus, nihil nõ egit ut bonæ literæ cum græcæ, tum la-
 tinæ in dies maiorem recipiant cultum. Et ille quidem cum noctes
 ac dies hanc curam animo coqueret: accessit mox authoritas, ampli-
 tudoq; tua: quæ currentem, quod aiunt, equum fortius ad cursum ex-
 citaret. Nam cum alia in tui unius gratiam suscepit: tum Celsi Cor-
 nelij de medicina libros longe utilissimos, & elegantissimos in vulgan-
 dos recepit. quod eo libentius suscepit, quod abs te imprimis codice sane,
 castigatũ statim acceperit. id oneris ut scilicet Celsus quæ emendatissimus
 publicum acceperet: non quod ego unus omnium doctissimus, sed quod
 Franciscus, & familia, & Aldi præsertim nomini maxime semper fã-
 ni: suscepti non inuitus: idq; ut spero, non atris auiibus præstisse me
 confido: ut docti etiam homines libenter hosce Celsi libros legant: im-
 docti non aspernentur. Quod opus tui unius auspicijs in lucem cum
 prodeat, tuum patrocinium merito exspectat. huic addidimus Q. Se-
 reni poemata non inuile: in quo uates ille non infelicius et morbos
 aliquos, & morborum remedia complexus est. hoc ipsum cum lege-
 rix posset, legentibus hodie non fallor, docti hoies & perlibenter, & iucun-
 de. Ego uero quicquid opellæ in Celso emendando impendi, id ipsum
 tibi inuinculo: qui uirtutis tuæ amplificator, omnem meam industriam uni
 tibi perpetuo antea dicarã. Testatum tamẽ apud te relinquens, quod si plus
 oculi datũ mihi esset, in magnis occupationibus proficere diuersanti, effica-
 sem ut Cornelius nõ dica uindior, certe amabilius oibus prodiret. quæ
 do breues notulas uocabulorum, sensuum etiam obscuriorum, græcarum
 etiã dictionum interpretamẽta innotuerã. Quin et ex Galieno, Hip-